

ralis proposita est: non tamen eo considerādi modo, in quem Chymicus suas diuertit molitiones, ut morbū destruat, sanitatem redintegret. Est ergo Chymic<sup>αρχιτεκτονής</sup> & princeps efficiens caussa, Medicus: qui tamē id dum præstat, Medicī nomen amittit, solo Chymici contetus, nō aliter, quām idē à diuerso medicādi scopo, <sup>χρεόγενης</sup> vocatur, & <sup>λατυνός</sup>. Etenim si vel historicè saltē veterum mores examinemus, illos ipsos, prijs manibus elaborata remedia sollicitē adhibuisse cōperiemus. Et quis vñquam Medicis antiquis Hebreis, Aegyptijs, Græcis parastatas aliquos succurrisse p̄babit, qui hoc quicquid numeris es-  
seret, otiosis ipsis, satis sufficienterque ex-  
pleret? Theodorus Zuingerus in quar-

*Antiqui  
Medici suis  
manibus  
medicamē-  
ta parauere.*

*Lib. 2. fol.  
224°.*

to Volumine Theatri vitæ humanæ id ipsū clarē dicit & ingenuè: veteres Medicī, inquiens, quod ex Hippocrate & Galeno & Græcis posteriorib. satis apparet, ipsi suis manibus medicamenta cōponebant, & potissimum, vt in agēdo magna erat efficacia, sic magnam in præparando diligentiam requirebant. Etsi enim opera hęc mechanica, & à Medici digni-